





Kern 86
(1-54; a-g)

(53)

INDEX
 LABORVM
 QVIBVS
 ACADEMIAE
 FRIDERICIANAE
 PROFESSORES
 PER SEMESTRE HYBERNVN

IN
 STUDIOSAE IVVENTVTIS COMMODVM
 OCCVPABVNTVR
 PRORECTORE MAGNIFICO
 D ANDREA ELIA BVCHNERO
 SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,
 POTENTISSIMI PRVSSIAE REGIS CONSILIARIO INTIMO,
 MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROF. PVBL. ORDINARIO,
 FACVLT. MEDIC. SENIORE, ET REGIOR. ALVMNORVM EPHORO,
 IMPERIALIS ACADEMIAE NATVR. CVRIOSORVM PRAESIDE,
 REGIAR. SOCIETAT. SCIENTIAR. ANGLICAN. BEROLINENS.
 ET MONSPELIENS. SODALI.

P. P. d. XXVII. SEPTEMBRIS MDCCLXVII.



HALAE MAGDEBVRGICAE,
 LITTERIS IOAN. GODOFREDI TRAMPIL.



LECTIONES
PRORECTORIS, DIRECTORIS,
ET
PROFESSORIS MATHESEOS ET PHYSICES
PRIMARIÆ.

ANDREAS ELIAS BECHNER hora matutina VIII. ad IX. doctrinam de Signis morborum, tam diagnosticis, quam prognosticis, ad duclum *Fundamentorum suorum Senologiae medicae*, exponet; hora X—XI. vires atque usum medicamentorum compositorum, iuxta auctas SCHULZII Praelectiones in *Dispensatorium Brandenburgicum*, monstrabit, et hora XI—XII. in Illustr. RAN-NEGIESSERI *Institutiones Medicinae legalis*, quae sub prelo iam fudant, et impensis Bibliopolii Rengeriani propetiem publicam in lucem prodibunt, commentabitur, horumque laborum initium d. xxx. Octobr. b. e. D. faciet.

IOANNES TOBIAS CARRACH *privatim* 1) recitationes suas ad B. DNI. BOHMERI *Doctrinam de Actionibus* denuo auspicabitur: atque 2) ad EIVSDEM *Institutiones Iuris Canonici tum Ecclesiastici tum Pontificii* commentabitur. 3) *Præcelluale Collegium* quoque denuo aperiet. Forsan etiam addet 4) *Collegium Institutionale* ad B. DNI. HEINECCI *Elementa Iuris Civilis*, Iuris Rom. et Germ. Disserentias sedulo expositurus.

IO. ANDR. DE SEGNER hoc semestri occupabitur in sequentibus: 1. Auspicabitur praelectiones in Physicam experimentalem, anni spatio finendas, hora XI. 2. Docet Elementa Arithmeticae, Geometriae ac Trigonometriae, hora II. 3. Explicabit Graefesangi Introductionem in Philosophiam, hora III. his autem qui vel in Analyticis vel in aliis Matheoseos partibus speciatim voluerint insitui, paratum semper atque promptum se praestabit.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS, Deo vires et valetudinem largiente, Institutiones Pastorales tradet, vt liberno semestri adhuc consuavit.

IO. GEOR. KNAPP partem alteram *Theologiae dogmaticae* hora VIII—IX. *Theologiae moralis* vero hora XI—XII. auspicabitur. Die Domini hora V—VI. in *irradiatione aeternae* selectorum S. S. locorum perget.

IO. SAL. SEMLER perget 1) in exponenda *secunda* theol. dogmaticae parte, 2) in libros symbolicos lectiones insituit, atque 3) in *hermeneuticam* Veteris testamenti. Selectis auditoribus 4) *librorum theologicorum* praebet et notitiam et usum. Si tempus satis commodum superfuerit, perget etiam in publica lectione in Institutione ad liberalem eruditionem theologiam.

IO. AVG. NOESELLT publice interpretabitur *epistolam Pauli Apostoli ad Ebraeos*; atque *privatis* lectionibus illustrabit *ceteras eiusdem epistolas*, inchoatam superiori semestri *doctrinam de moribus secundum Iesu Christi praecipua res* gendis absoluet, et *Ecclesiae Christianae conversiones* enarrare incipiet.

IO. FR. GRVNER 1) publice *Historiam emendationis sacrorum* exponet; factae per b. Lutherum et alios. *Privatim* 2) *Theologiam suavam* tradet 3) *Pericopas Evangelicas per totum annum* interpretabitur non solum exegetice, sed maxime homiletice etiam: 4) neque his recitat, qui sub ductu ipsius in *elaborandis orationibus sacris* exercere vires suas desiderabunt.

IVRIDICAE.

DANIEL NETTELBLADT hora IX—X. ad GEORG. LVD. BOHMERI *principia iuris canonici*; hora X—XI. et II—III. ad IO. AVG. HELLEELD *Interpretationem forensalem secundum pandectarum ordinem*; hora XI—XII. ad IO. STEPH. PÜTZERI *kurzen Begriff des teutschen Staatsrechts*, et hora III—IV. ad sua *elementa iurisprudentiae practicae*, commentabitur.

PHH

PHILIPPVS IACOBVS HEISLER collegium Pandectarum, per duo semestra duraturum, rursus inchoabit, compendio viribus Ludouiciano. Horae huic labori destinatae per hiemem sunt X—XI. et II—III.

GEORGIUS SAMVEL MADHIN 1) hora I—II. publicas *Iuris Naturae* lectiones continuabit. 2) Hora IX—X. *Ius Canonicum* ad illustri G. L. BOEHMERI libellum. 3) Hora X—XI. et II—III. *Ius Digestorum* ad C. BOEHMERI Introductionem copiose explicabit, ac 4) *Historiam iuris uniuersi* per Germaniam obtinentis enarrabit hora III—IV. ad Illust. de SELCHOW epitomen editionis secundae.

ERNESTVS CHRISTIANVS WESTPHAL per hiemem imminens 1) hora VIII—IX. X—XI. et II—III. interpretabitur Compendium Digestorum Schaumburg. 2) Hora XI—XII. tradet institutiones Iuris ad Elementa HEINECCI. 3) Hora III—IV. docebit Ius naturae ad Compendium PERILL. NETTELBLADII. 4) Hora V—VI. iuri criminali operam nauabit, in eo explicando viribus ENGAVH ELEM. iur. erim. noua edit. Helffeldiana. 5) Examinandi exercitium offert selecto Commilitonum numero.

PHILIPPVS ERNESTVS BERTRAM explicabit 1) hora VIII—IX. GE. LVD. BÜHMERS Principia *Iuris feudalis*; 2) hor. IX—X. SELCHOWI *Elementa Iuris Germanici priuati*; 3) hora XI—XII. PÜTTERI Grundriss des *teutschen Staats-Rechts*; 4) hora I—II. ACHENVALLES Notitiam politicam seu vulgo *Staatsrecht* praecipuorum *Europae regnorum*; 5) hora III—IV. PÜTTERI Grundriss der Staatsveränderungen des teutschen Reichs. Offert quoque desiderantibus praelectiones in GATTERERI *historia uniuersalem* et in *historiam literariam* ad filum compendii sui.

MEDICAE

PHILIPPVS ADOLPHUS BOEHMER *privatum* hora VIII—IX. et II—III. Cel LUDWIGI *Institutiones Medicinae clinicae*, aditis insuper observationibus et necessariis cautelis practicis, interpretabitur, prouentioresque in elaborandis casibus medico-practicis exercebit; hora I—II. autem *Osteologiam* ad ductum compendii proprii praeleget, curamque infirmis instituendarum *Demonstrationum* et *Præparationum* anatomicarum habebit.

IO. PET. EBERHARD, *Pathologiam*, tam generalem, quam specialem, explicabit ad ductum T. II. *Conspectus Medic. theoret.* a se editi, et si per negotia licebit, *historiam* quoque *Medicinae* tradet. Horas e valuis publicis significabit. Reliquae Praelectiones erunt philosophicae.

FRIDERICVS CHRISTIANVS IVNCKER per semestre hibernum hora IX—X. *Collegium clinicum* cum prouentioribus Auditoribus consueto more continuabit; horis X—XII. *Therapiam specialem* perspicere tradet, iunctis simul necessariis regulis et cautelis practicis; hora II—III. docebit *Materiam medicam* ad filum compendii sui, ac subiecta sic dicta medicinalia ostendet.

PHILOSOPHICAE.

IOHANNES FRIDERICVS STIEBRITZ per hiemale tempus 1) lectionibus *Logico-metaphysicis* vacabit; 2) *Psalmos Davidicos* ex fonte ebraico interpretabitur; et 3) *Hermeneuticæ sacrae* præcepta tradet. Neque illis deerit, qui Collegium *Oeconomico-Camerale* desiderabunt.

GE. FRID. MEIER docebit hora IX—X. *Ethicam philosophicam* D. BAUMGARTEN; h. XI—XII. *Aestheticam* ad ductum compendii sui; h. II—III. *Ius naturae*.

D. IOANNES FRIDERICVS IOACHIM pragmatica ratione docebit *Historiam Imperii Germanici* ad sciem introductionis suae a III—IV. et *Historiam uniuersalem regnorum Europae* ad filum compendii sui a IV—V. Collegio artis Heraldicae commodam horam tempellue desinet. Initium facturus finitis nundinis Lipsiensibus, d. XIX. Octobris.

CHRIST. ADOLPH. KLOTZVS explicabit *publice Callimachi hymnos*, quorum probabilem editionem dedit Stubelius. *Publice* quoque habebit *Collegium literarium*, quo *historiam literarum* enarrabit et iudicia de nouissimis libris addet. *Privatum Horatii odas* selecto numero interpretabitur et horas indicabit alio tempore.

D. CA-

D. CAROLVS FRIDERICVS PAVLI per instans semestre Hora III. pomerid. Historiam Silesiae; Hora IV. Historiam Regnorum Europ. ad Perillustr. GERBAVEA Gruntrif; Hora V. notitiam Statisticam Regni Prussici docebit.

IO. LVDOV. SCHVLZE 1) *Psalms* e fonte interpretabitur. 2) DANZII Compendium hebr. explicabit. 3) *Lectiones analyticas* in librum *Danielis* iterum instituet, ita vt in Chaldaicis sequatur *ALTINGIVM*. Volentibus offert 4) *lectiones priuatas Syriacas*.

IO. PET. EBERHARD, hora IX — X. tradet *Mathesin applicatam*, hora X — XI. *Mathesin puram*, vtramque duce WOLFIO. Hora I — II. vero *Physicam* ad ductum proprii Compendii explicabit, et experimentis necessariis illustrabit.

CAROLVS RENATVS HAVSEN hoc semestri hyberno explicabit: publice Die saturni Hora I — II. Nouellas politicas Lipsienses ex vniuerso ambitu Historiarum et Politices; priuatim, Diebus singulis per hebdomadam enarrabit et absoluet 1) Historiam Literariam, 2) Historiam vniuersalem, secundum librum, quem euulgabit, *Wersuch einer pragmatiscen Geschichte des menschlichen Geschlechts*, 3) Historiam Imperii Romano Germanici duce PÜTTERO in notissimo libro: *Grundriß der Staatsveränderungen des deutschen Reichs, Göttingen 1764.* 4) Historiam vniuersam Brandenburgicam, ita vt serie rerum gestarum explicata, inprimis notitiam pragmaticam terrarum Brandenburgicarum suppediet. 5) Diebus Lunae, Martis et Mercurii Historiam saeculi XVIII. secundum librum suum: *Wersuch einer pragmatiscen Geschichte des achtzehnten Jahrhunderts.* Horas singulas ex valis publicis indicabit.

EXTRAORDINARIAE.

GOTTL. ANAST. FREYLINGHÄVSEN attendae iuuandaeque, quam dogmaticum studium et antiheticum postulat, diligentiae, instituendis *examinibus* et *disputandi exercitiis* pro vicili inseruiet. Priuatim ex *Prophetis*, qui dicuntur, *minoribus* vnum alterumque integrum, ex *maioribus* autem delecta *segmenta notabiliora* ita enarrabit, vt ad ebraicae et praesertim propheticae dictionis idiomata rite interpretanda viam nuntiati.

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE *selecto Auditorum numero artem reletoriam* ad ductum B. PARENTIS *Anleitung zur Befertigung der Acten* tradet.

D. FRIDERICVS LEBERECHT SVPPRIAN physiologiam publice proponet; priuatim autem pathologiam tam generalem, quam specialem explicabit.


D. IO. CHRISTLIEB KEMME hora IX — X. aut *Semiologiam* aut *Diaeteticam* tradet; hora XI — XII. vero in HALLERI *prin. lin. Physiol.* commentabitur. His praeterea satisfacet, qui *disputatorium* desiderarant.

F. W. ELLENBERGER A. ZINNENDORF in Baumgartenii Logicam hora II — III. Eiusdem *Metaphysicam* hora VIII — IX. in *Psalms* omnes hebraicas critice hora XI — XII. denique in linguae hebraicae accentuationem et nonnulla alia eo spectantia hora V — VI. commentabitur.

IOH. CHRISTIAN. FOERSTER docebit publice *initia Philosophiae practicae primae* secundum libellum B. BAUMGARTEN. *Priuatim* philosophiam *rationalem* et *metaphysicam*, vtramque iuxta systemata Baumgartenii, denique *ius naturae* et gentium ad Cel. ACHENWALLI compendium. Offert quoque exercitia disputatoria philosophica. Horas e loco publico significabit.

IO. GEORGIUS IACOBI publice bene scribendo exercebit eos, qui vernaculi sermonis elegantiorum rationem cognoscere velint: *priuatim* *Tassii* carmen, *Hierosolyma liberata* inscriptum, explicabit. VOLTARIJ poemae: *La Henriade, gallica lingua versis*, interpretabitur et cum poetis antiquis comparabit. *Hispanos auctores* intelligere cupientibus *priuatissimas lectiones* dicauit.





(53)

INDEX
 LABORVM
 QVIBVS
 ACADEMIAE
 FRIDERICIANAE
 PROFESSORES
 PER SEMESTRE HYBERNVN
 IN
 STVDIOSAE IVENTVTIS COMMODVM
 OCCVPABVNTVR
 PRORECTORE MAGNIFICO
 D ANDREA ELIA BVCHNERO

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,
 POTENTISSIMI PRVSSIAE REGIS CONSILIARIO INTIMO,
 MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROF. PVBL. ORDINARIO,
 FACVLT. MEDIC. SENIORE, ET REGIOR. ALVMNORVM EPHORO,
 IMPERIALIS ACADEMIAE NATVR. CVRIOSORVM PRAESIDE
 REGIAR. SOCIETAT. SCIENTIAR. A
 ET MONSPELIENS.

P. P. d. XXVII. SEPTEMBER



HALAE MAGDEB
 LITTERIS IOAN. GODO

